Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Secundum Johannem

SC. Hec hostia domine placationis et laudis tua nos per
piationem dignos efficiat. Per Dominum
nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum
et spiritu sancto. CO. Hec nos communio domine
purget a crimine et celestis remedii
faciat esse consortes. Per s. p. A. deste
supplicationib; nris ompe ds. a quib;
fiduciam sperande pietatis indulges
consuete misericordie tribue benignus
Tibi dicit FER. III. effectu. Per
eum me cum quesiui uiui tuum tui
um multum tui um domine requiram ne
auertas faciem tuam a me. V. Dominus
illuminatio mea et salus mea quem timebo
Perfice qs dne benignus in nobis
observantie sce subsidium. ut que
te auctore facienda cognouim; te
opante impleam. Per libri regu.
In diebus illis factus est sermo dni
ad helyam thesbiten dicens. Surge
et uade in sarepta sydonioru et ma
nebis ibi. Preceptum enim ibi mulieri
uidue ut pascat te. Surrexit et
abiit in sarepta. Cumq; uenisset
ad portam ciuitatis apparuit ei mu
lier uidua colligens ligna. Et uo
cauit eam dixitq; ei. Da mihi paulu
lum aque in uase ut bibam. Cumq;
illa perge ut afferret clamauit
post tergum ei dicens. Affer mihi ob
secro et buccellam panis in manu tua.
Que respondit. Viuit dns ds tuus
quia non habeo panem nisi quantum
pugillus capere potest farine in
hydria et paululum olei in lechito.
En colligo duo ligna ut ingrediar
et faciam michi illud et filio meo
ut comedamus et moriamur. Ad qm
helyas ait. Noli timere sed uade
et fac sicut dixisti. Verumtamen in
primum fac de ipsa farinula sub
cinericium panem paruulum et
affer ad me. Tibi autem et filio tuo
facies postea. Hec autem dicit dns
ds israel. Hydria farine non deficiet
nec lechitus olei minuet usq; ad
diem in qua daturus est dns plu
uiam super faciem terre. Que abi
it et fecit iuxta uerbum helye.
Et comedit ipse et illa et dom ei.
Et die illa hydria farine non defecit
et lechitus olei non est imminutus
iuxta uerbum dni qd locutus est
in manu helye. G. Facta cognouit
Hillo. Locutus S. Matheu.
est ihe ad turbas et ad discipulos
suos dicens. Super cathedram moy
si sederunt scribe et pharisei. Om
nia ergo quecumq; dixerint uobis
seruare et facere sed secundum uero opa
eorum nolite facere. Dicunt enim
et non faciunt. Alligant enim
onera grauia et importabilia et